

8
255



zu 000

O. i. 840 (1-101).

DIVINI NUMI
NIS AVXILIO.

PRÆSIDIBVS CLARISS. ET CONSVL-
TISS. VIRIS, D. IOHANNE MICHAËLIS CRO-
nenburgero, & D. Ioanne Hollandt SS. LL. Licent. Di-
ctatore & Fisco, in celeberrimo inclytæ Agrippinen-
sium Academiæ Iuris Collegio, ad subse-
quentes Theses propositas

EX TIT. FF. ET C. DE PI-
GNORIBVS ET HYPOTHE-
CIS, RESPONDEBIT.

VVERNERVS *Bher*
SAXOLIVONVS.

Anno humanæ redempt. 1591. 19. Septemb.



COLONIAE AGRIPPINAE Ddd
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

50³



DIVINI NVM

NRS AVXILIO


PRÆSIDIBVS CLARISS ET CONSV
TIS VIRIS D. IOHANNES MICHAELIS CRO
neburgero, & D. IOHANNES HOLLANDVS L.L. LICENTI
Garon & Lico in celeberrimo hinc in Agrigien-
tam Academiae hinc officio adhibe
pentes Theopropos

EX TIT. ET C. DE PR
GNORIBVS ET HYPOTH

CIS RESPONDEIT

VVIRNERVS
SAXONIVS

Amphibrosius hinc in Agrigien-
tam Academiae hinc officio adhibe



COLONIAE AGRIPINAE
EXCVDIT PETRVS KESCHIDT
D 44



CONTINUATIO.

Expositis iam tit. superioribus, (a) ipsis contractibus quibus in creditum itur, Ordine nunc sequuntur quæ illis solent adijci, ut sunt in primis hypotheca seu pignora. (b)

(a) à tit. de rebus cred. ad hunc vsque locum, (b) constit. tanta. §. quartus & constit. de dit. §. sequentem in procem. ff. l. res hypothecæ §. h. t.

THESIS I.

EST autem hypotheca seu pignus (indifferentem enim hisce vocibus utimur (a) etiam in statutis) (b) nihil aliud quàm nexus quidam realis (c) ab homine, (d) vel lege (e) constitutus, crediti affecurandi causa inuentus. (f)

(a) l. 1. §. cum prædium, l. 4. 13. §. 1. & 2. l. si fundus 16. §. si duo, l. si cum conuenit 20. h. t. l. à diuo Pio 15. de re iud. (b) VVef. §. 3. h. t. Negus. tract. de pig. part. 1. princ. membro 1. num. 9. Sebast. Med. tract. de confer. poss. fol. 475. pag. 2. nu. 163. (c) l. si conuenerit 18. §. 2. de pign. act. l. 17. de pign. l. 18. C. eod. (d) l. 1. & tot. t. ff. & C. de pig. (e) tot. tit. C. & ff. in quib. caus. pig. & c. Item tot. tit. C. de præt. & iud. pig. (f) §. vlt. Quib. mod. re cont. obl. Vbi & alius minus principalis finis attingitur. §. vnde constat. 14. de oblig. quæ ex delict. l. plus cautio nis 25. de reg. iuris.

II.

Estque duplex Voluntarium aut necessarium. (a) Voluntarium est, quod conuentione partium inducitur. (b) Necessarium quod introducitur auctoritate legis. (c)

(a) argu. legis 7. §. 1. qui satisd. cog. l. fin. §. defensionem, C. de administ. tut. (b) Quod & conuentionale dicitur, l. 1. 15. 16. & tot. tit. gloss. ff. & C. (c) tot. tit. ff. & C. in quib. caus. pig. & c. Item tot. tit. C. de pig. præt. & iud. l. 1. & 2. C. communia de fideicommiss.

III.

Vtrumque aut Generale est aut Speciale. Generale est, quod generatim datur, pro quacunque obligatione, nostra vel aliena, pura in diem vel sub conditione; (a) verbis inquam generalibus nullis certis bonis expressis. (b) Speciale contra. (c)

(a) l. 5. de pignorib. (b) l. 1. l. obligatione 6. cum seqq. l. & quæ 15. h. t. l. 2. l. idemque 7. §. 1. l. potior 11. §. 2. si colonus, qui potiores in pig. l. 2. l. quamuis 19. C. de pig. & hyp. l. 1. C. rem alienam gerentibus. l. 1. in quib. caus. & l. 8. §. In illo de sec. nupt. C. & c. (c) l. 1. l. 15. h. t. l. 2. & §. ff. qui pot. in pig. l. 1. ff. in quib. caus. pig. l. 5. 6. 7. ff. qui potiores.

IIII.

Generalia verba vsitata sunt hæc: Obligo tibi omnia mea bona, que habeo, & que habiturus sum. (a) Præsentia & futura. (b) Item obligo tibi omnia mea bona; (c) vel simpliciter, mea bona, absque signo vniuersali, (d) denique omnia mea, verbo, bona, omisso. (e)

(a) l. 1. in prin. l. & quæ 15. §. 1. l. cum tabernam 14. de pig. l. idemque 7. §. 1. qui pot. in pig. (b) l. fin. C. quæ res pig. oblig. & c. (c) d. l. fin. l. Paulus 29 §. vlt. ff. de pig. tit. gen. (d) l. si legatus 30. §. 1. ad SC. Trebell. l. vxori 37. de vsufr. leg. (e) l. nam quod 14. §. vlt. cum l. sequent. ad SC. Trebell. Alciatus in l. meorum 91. nu. 2. de V. S.

sed

V.

Sed et si verbum mea adiectum non fuerit, tamen idem iuris est.

Bart. in l. i. in princ. nu. i. h. t. sequitur Negus. tract. de pig. part. 2. memb. princ. num. 2. Sebast. Med. de confer. poss. fol. 467. n. 167. n. 165. vide latè Pinell. de bon. mat. part. i. nu. 2.

VI.

Significantur autem istis verbis, in hac generali obligatione bona, non solum mobilia, veluti serui, (a) pecunia numerata, (b) merces venales, (c) dispositione nimirum ad certum locum non relata, (d) itemq; immobilia, (e) verum etiam nomina iura & actiones. (f)

(a) l. Paulus 29. §. fin. l. penult. ff. in quib. caus. pig. & c. (b) l. cum tabernam penult. ff. de pig. (c) Bart. in l. generali, §. vxori nu. 2. de vsufr. leg. Ias. in l. qui Romæ 122. §. Callimachus 1. nu. 5. vbi magis communem refert de verb. oblig. vide omnino Pinellum in d. tract. de bon. mat. part. i. nu. 36. cum mult. sequent (d) l. Gaius 86. de leg. 2. Communem dicit Negus. d. loco. nu. 16. in princ. & Pinell. d. tract. de bon. mat. part. i. num. 39. cum seqq. Sebast. Med. de confer. poss. n. 194. pag. 487. quo casu magis speciale pignus est quàm generale. vide inf. thes. 12. (e) l. i. 15. & tot. tit. ff. & C. de pig. (f) l. nominis 6. vbi Alc. contra Bald. l. meorū 91. de V. S. l. nomen 4. C. quæ res pig. oblig. & Bart. & Dd. communiter de hæred. act. Pinellus d. part. i. nu. 8. Bart. in l. quintus. §. argento, de aur. & arg. leg.

VII.

Atque hoc ita, si de tertia bonorum specie, verisimiliter cogitatum non sit. (a) Quod sum censetur, si mobilium & immobilium mentio facta non fuerit, (b) neque secundum quosdam, (c) quibus tamen minimè assentior, (d) pronomen mea, in dispositione non fuerit positum.

(a) argum. l. non est ferendus 12. de transact. & l. si plures 30. §. fin. de leg. 1. l. fin. C. quæ res oblig. & c. (b) l. quam Tuberonis 7. §. in peculio, vbi Costal. de pec. Bart. latè in l. potest 18. de Auth. & consens. tut. Idem Bart. in l. mouentium 93. vbi & Alc. num. 3. de V. S. Iason in l. à diuo Pio 15. §. in venditione nu. 8. de re iud. contra est Pinellus d. part. nu. 29. (c) Veteres ita statuissè scribit Bart. in l. i. de stat. hom. quos ibi sequitur nu. 3. Idem tenet Ang. in §. fin. nu. 2. de iur. nat. gent. & ciuil. & Guido Papæ decis. 442. in fin. (d) per l. meorum 91. vbi Alc. Communem refert sent. nostram, de V. S. per Pinellū qui contrariā latè refutat part. i. nu. 7. de bon. matr.

VIII.

Item significantur bona, non solum allodialia seu libera, sed etiam affecta, hoc est vectigalia, (a) Emphyteuticaria, (b) tam Ecclesiastica, (c) quam ciuilia, superficiaria, (d) tributaria, censualia. (e)

(a) Hæc distingui ab Emphyt. vult Mudæus h. tract. pag. 57. nu. 4. sed Dd. pro alijs alia sumunt in 16. de pig. act. in l. 15. §. 26. de dam. infect. (b) Castr. in l. 16. §. fin. de pig. act. Clarus lib. sent. 4. §. Emphyteusis. quæst. 18. Ias. in l. fin. n. 79. de iur. Emphy. (c) Negus. de pig. pag. 36. n. 28. faciunt not. per Ias. in d. l. fin. n. 70. cum seqq. & improprie dici Emphyteutica bona, allodialia communis est opinio, secundum Clar. d. lib. quæst. 49. Bona dici proprie ostendit Pinell. de bon. mat. part. i. nu. 21. (d) l. grege 13. §. & in superficiarijs vbi Cost. h. t. iunct. glo. & textu in §. nos igitur. verb. tradere. Nouel. de non alien. & c. (e) quia in domino nostro sunt. Hart. Hart. obs. lib. 2. c. de cens. & alienari possunt, §. per traditionem de rer. diuis. Ideoque & oppignerari l. fia. C. de reb. al. non alien.

Denique

IX.

Denique significantur bona patrimonialia, (a) & publica, (b) & priuata, & sacra, (c) & prophana. Neque tamen ea bona quæ quis probabiliter speciatim obligaturus non fuisset, cum vsus quotidiani, tum affectionis, (d) vel pœna, (e) causa, illo genere continentur, (f) tamen si dictio omnis dispositioni fuerit adiecta. (g)

(a) vide V Vef. in Isag. lib. 2. nu. 10. & d. 4. de rer. diuis. (b) scilicet oppignoratione facta ab administratore. II. l. in pr. h. t. l. 27. vbi Ias. si cert. pet. non etiam potestate vide Ias. in l. præses. 12. nu. 20. C. de transact. (c) in specialem tamen hypothecam non incidunt c. nulli vbi glo. & Panor. extr. de reb. eccl. non alien. Nouel. de non alien. aut permut. c. 6. nisi consuetudo sit contra. per ea quæ notat glo. in l. diuturna 33 ff. de leg. (d) l. 6. 7. & 8. h. t. l. 1. C. quæ res pig. (e) c. generaliter. si de feud. defunct. contr. sit. (f) argum. l. 1. in ius voc. vt eant. l. 16. §. generaliter de iniur. (g) cont. Dec. cuius argum. refutat Neguf. pag. 39. nu. 57. cum seqq. facit l. pediculis §. 6. de aur. & arg. leg.

X.

Ex quo fit, vt neque supellex, neque vestis, (a) neque concubina, neque filij naturales, neque alumni, ea appellatione comprehendantur. (b) Vti nec continentur feuda, (c) bona libellaria, (d) dotalia, (e) tam æstimata quàm inæstimata, (f) restitutioni fideicommissaria, pure, vel sub conditione subiecta, (g) alienari prohibita. (h)

(a) d. l. 6. (b) l. 8. h. t. (c) d. c. in generali, nisi esset alibi consuetudo quod possint sine domini consensu alienari. Fab. de rer. diuis. ad rubr. nu. 4. Baro in c. fin. de inuest. in re al. facta. fructus tamen feudales comprehenduntur. V Vef. de feud. pag. 114. Schenck. in c. aut si libellario, quib. mod. feud. amit. lib. 1. (d) Seb. Med. de confer. poss. num. 166 (e) §. 1. quib. alien. nō licet, l. vni. §. cum res, C. de rei vx. act. (f) vide Neguf. d. tract. pag. 48. & 59 (g) Authen. res quæ. C. communia de leg. & fideicom. vide Ias. in l. Marcellus, §. res quæ nu. 13. ad SC. Trebel. (h) lege, l. 1. §. cam rem, quæ res pig. & c. Exempla sunt in l. 7. & 8. quæ tamen hodie nō seruantur, secund. quosdam. Item in l. 6. C. quæ res pig. obl. & l. fin. de patr. qui fil. distraxerunt & c. vel testamento. Bart. & additio ad eund. l. Codicillis, alias est §. l. 88. §. instituto de leg. 2. Castr. in l. fin. de reb. al. non alien. præter ceteros accuratè rem explicat Neguf. d. tract. pag. 36. nu. 29. & pag. 81. nu. 69.

XI.

Idem de iure patronatus placuit, (a) quanquàm alia ratione. quemadmodum & de bonis hæredis, (b) nisi à defuncto quodammodo processerint, per continuationem scilicet domini, bona fide ab illo incepti. (c) Ad summam, quacunque res specialiter oppignerari non possunt. ferè nec possunt generaliter. (d)

(a) c. cum Bartoldus & ibi gloss. & Panor. de re iud. Fel. in c. ad audientiam nu. 5. extra de præscrip. Paul. de Citadinis tract. de iur. patronatus par. 9. nu. 14. vbi fusè hac de quæst. vide etiam aliquid per Neguf. pag. 49. (b) l. 29. in pr. vbi Bart. h. t. glo. Bart. & Dd. in l. assiduis, C. qui pot. in pig. (c) l. clauibus de contrah. empt. l. bona fides. de reg. iur. l. 13. §. cum quis de acquir. poss. l. si alienam, & l. qui alienam, de donat. causa mort. l. veniunt 9. Famil. herc. (d) arg. l. cum quid. si cert. pet. Neguf. in hoc tract. pag. 49. nu. 61.

XII.

Iam specialis pignoris constituendi modi eiusmodi sunt, oppignero tibi illa bona, istum fundum, istam cautionem, (a) bona quæ nunc habeo, bona presentia, (b) sub isto fundo, sub ista

ista domo, (c) & si qui sint eis similes Omnia enim certa, demonstratiua, & quasi in rem presentem directa verba, eò pertinent. (d)

(a) l. 1. l. 15. §. 1. l. 20. h. t. gl. in l. 15. verb. specialiter, h. t. (b) Negul. h. tract. pag. 54. n. 1. Sebast. Med. de confer. poss. nu. 167. (c) Bart. in d. l. codicillis, §. instituto, in pr. per illū text. de l. 2. Idem Bart. in l. fundus quem 9. de an. leg. gloss. rep. sing. secund. Paul. de Castr. & Iaf. ibi in l. rescripto 10. de pact. (d) argum. l. certum §. de reb. cred. l. vbi autem 75. de V. O. facit quod notat Bart. in l. 68. §. duorum, nu. 3. de leg. 2.

XIII.

Veniunt igitur in hanc speciem illa tantum bona, que certa sunt, (a) verisimiliter saltem, (b) queuè nostra, (c) aut nobis saltem purè vel sub conditione sunt debita, (d) oppignerata, (e) aut in quibus aliud aliquod ius nobis verè est constitutum. (f)

(a) l. 1. h. t. (b) l. 15. h. t. (c) l. 6. C. si res aliena &c. Corporalia & incorporalia, velut est vsusfructus, l. 11. §. 2. l. 15. in pr. h. t. Item seruitus rustica, non etiam hoc loco, urbana. l. 11. §. vlt. cum l. seqq. h. t. (d) l. 3. vbi gloss. qui pot. in pig. Bart. in l. 1. §. 1. de pig. (e) l. 13. cum pignus de pig. l. 2. & 3. si pig. dat. sit. (f) l. si ab eo 18. l. si inter, §. 1. h. t. tot. tit. de leg. Commiss. l. 4. §. 3. de in diem addict. l. 41. de rei vend.

XIV.

Non etiam incerta, non aliena, (a) nisi dominus consenserit, (b) vel de eis obligandis mandatum dederit, generale (c) vel speciale, tacitum vel expressum, indistinctè. Nam et si coniuncta personæ sint, tamen alter alterius bona nisi ita obligabit, (d) tametsi spem habeant, ea aliquando ad se pertrahendi. (e) Tutor verò & curator non aliter pupilli bona obstringent, quàm si aut pignatio necessaria fuerit, (f) aut bona abiecta vel corrupta, (g) simulq; in rem pupilli, pecunia conuersa. (h) Extra istos casus decreto omninò opus est. (i)

(a) l. 11. §. penult. vbi Bart. qui cot. in pig. l. 1. & tot. t. C. si res al. &c. (b) l. 16. §. 1. h. t. l. 2. C. si alien. res &c. (c) l. 63. de procur. l. 12. de pig. act. l. 21. de pig. l. fin. quod cum in &c. (d) l. 14. C. de rei vend. l. 4. C. de reb. al. non alien. l. 6. C. si res al. pig. dat. sit. l. 1. C. de testamentis, l. 3. in fin. qui pot. in pig. (e) l. fin. vbi Iaf. C. de pact. (f) l. fin. §. defensionem vbi gloss. C. de adm. tut. (g) l. 22. de adm. tut. l. 16. de pig. act. (h) Iaf. l. ciuitas 15. ibid. Cost. de reb. cred. (i) l. 1. de præd. min. l. 22. C. de adm. tut. l. 1. & 2. vbi gloss. & Dd. C. si aduersus credit.

XV.

Sed enim in necessario pignore dijudicando, generale sit, an speciale, mens introspectenda fuerit, tum legis, tum Prætoris: (a) Est enim illud aut Legale, aut Prætorium. Legale est, quod ipso iure, citra partis tractatum, singulari ratione, certis casibus inest: (b) Prætorium autem, quod ad partis petitionem, (c) à Prætoře constituitur. (d)

(a) l. 1. C. de iur. dom. impetr. (b) ita ferè describit Imp. in l. vni. §. & vt plenius, C. de rei vx. act. in l. cum oportet 6. §. fin. C. de bon. qua lib. l. si quis §. in illo de secund. nupt. l. 11. C. de pact. conuent. (c) l. 4. §. hoc amplius, de dam. inf. l. 1. §. 1. l. 3. vt in poss. legat. l. 2. quod legat. (d) l. 1. & tot. t. C. de præd. pig. & iud.

XVI.

Casus legalis pignoris, alij fauorem personæ respiciunt, alij fauorem cause. (a) Ac personæ quidem fauor in liberis elucet, qui bona parètum vel lucra possidentium nuptialia, (b) vel peculij aduentitij res administrantium, (c) pro mala & fraudulenta, (d) non etiam culpabili (e) administratione, rerumve quas possident restitutione, obligata habent.

(a) c. priuilegia, vbi Peckius de reg. iur. in 6. (b) siue mater sit siue pater, I hac edictali, §. omnibus l. si quis 8. §. in illo, C. de sec. nupt. (c) l. cum oportet, 6 §. vlt. de bon. quæ lib. (d) Hanc esse magis communem testatur Negul. h. tract. pag. 103. num. 19 post Soc. conf. 34. vol. 1. adde Schurff. cent. 1. conf. 6. nu. 3. & 4. (e) vt per glos. Bart & Cast. in l. cum oportet, §. non autem de bon. quæ lib. Communem dicit Seb. Med. de conf. poss. nu. 161.

XVII.

Eodem modo apparet in pupillis, minoribus, furiosis, mente captis, prodigis & c. quibus isdem ex causis, bona tutorum, curatorum. (a) Protutorum, (b) actorum iudicialium, & extraiudicialium, eorumq; fideiussorum (c) tametsi res heredum libera sit, (d) obstricta sunt.

(a) l. 2. vbi gloss. C. de adm. tut. gloss. & Bart. in l. dabimus 4. de priuil. cred. Bart. in l. actor. nu. 6. rem rat. hab. (b) gloss. d. l. 20. (c) l. 13. §. fin. vbi Iaf. C. de iud. (d) text & Iaf. in d. §. fin. vide quæ notat Negul. d. tract. pag. 99. nu. 11. cum seqq.

XVIII.

Et iterum eminet, in pupillo, dū res ipsius pecunia empta, eo ipso supposita est. (a) quod idem in milite placuit, (b) & Ecclesia, quam causa fauor tuetur. (c) Cuius consideratione etiam tacitum pignus habet, in bonis Prælati, (d) sicut Fiscus, (e) adeoq; qualibet resp. merum & mixtum habens imperium, in bonis sui administratoris. (f)

(a) l. idemque 7. qui pot. in pig. vide Bart. in l. interdum n. 5. & Cost. ibid. d. tit. qui pot. & c. (b) gloss. in l. quamuis 17. C. de pig. per l. si vt proponis 8. C. de rei vend. facit l. si pecuniam 26. de reb. cred. & quod ibi notat Iaf. (c) Peckius in d. c. priuilegium, nu. 4. extr. de reg. iur. (d) gloss. in c. ex literis ext. de pig. (e) l. 1. C. de priuil. Fisci, l. 4. C. h. t. (f) per ea quæ not. glo. in l. 20. C. de adm. tut. & Fab. in §. rursus, num. 33. cum seq. de act. argum. l. 10. ad municip. iunct. l. fin. C. quæ sit longa consuetudo. Vide quæ notat Bart. in l. 2. in pr. de iur. Fisci.

XIX.

Atque causa fauor, quod ad Fiscum attinet, præterea spectatur in bonis secum contrahentium, (a) tributariorum, stipendiariorum. (b) In vxore autem, & sponsa, (c) spectatur ratione dotis, (d) eiusq; accessionis, (e) donationis propter nuptias, (f) alimentorū (g) rerūve paraphernalium, (h) videlicet ita si maritus maior sit, (i)

(a) l. 2. de iur. Reip. lib. 11. l. 37. de reb. auth. iud. poss. l. 10. ad municip. (b) l. 1. & 46. §. 3. de iur. Fisci. (c) V Velsenb. h. t. l. 4. de fund. dot. (d) l. 12. C. qui pot. in pig. l. 39. vbi gloss. C. de iur. dot. (e) gloss. in d. l. 39. l. 19. C. de donat. int. vir. & vx. Iaf. ad rubr. sol. matr. in fin. (f) d. l. 12. vbi gloss. §. fin. (g) argum. l. Lucius qui pot. in pig. facit ratio l. 7. de iur. dot. (h) l. fin. C. de pact. conuent. (i) Communem opinionem refert Iaf. in l. 24. nu. 173. solut. matr. Negul. pag. 130. nu. 73. Paul. de Cast. in l. 4. nu. 2. de pact.

XX.

In alijs verò quibusdam, varijs ex causis perspicitur, vel ratione nauæ, in naua, (a) vel ratione pensionis, in locatore prædij vrbanæ, (b) vel rustici, (c) vel ratione mutuationis, in dante pecuniam ad militiam emendam, (d) ad reficiendam domum, conuersandam nauem, (e) vel denique ratione testamenti, in legato & fideicommissio. (f)

(a) l. 6. qui pot. in pig. & est hinc speciale pignus in re tantum in nauim inducta (b) Et hic est speciale pignus, earum rerum tantum quæ inducta in uecta illata sunt, l. 2. 4. 6. 9. h. tit.

tit. (c) Et hic est speciale pignus in fructibus tantum, l. 4. de pact. l. 7. h. t. non etiam in inductis, nisi nominatim de ijs conuenerit, l. 1. §. 2. qui pot. in pig. Contr. Communem in l. 5. C. locati, (d) l. fin. C. de pig. (e) l. 1. h. t. l. 6. qui pot. in pig. (f) pro quibus omnes res testatoris obligatae sunt, l. 1. & 2. vbi Dd. maxime Ias. nu. 8. C. comm. de leg. & Fideicom. §. sed nostra de leg. sed haeredis nullae. VVefenb. & Dd. in d. §. sed nostra per l. 29. in princip. hoc tit.

XXI.

Iam verò Pratorium pignus duabus potissimum de causis constituitur, ob rei nimirum contumaciam, (a) vel executionem sententiae. (b) Ex illa causa datum, proprie pratorium dicitur, Ex hac verò, iudiciale. (c)

(a) l. 2. l. Fulcius 7. quib. ex caus. in poss. eatur. (b) l. 1. l. fin. C. de pig. iud. (c) l. 1. & 2. C. de pig. prat. (d) tot. t. C. de pig. iud. l. 9. qui pot. in pig. vide Cuiac. obser. lib. 5. c. 30. & in l. pen. pro empt.

XXII.

Causa autem in quibus generaliter constituitur, ferè tres sunt. Causa seruandi debiti, Legatorum, ventris. (a) Specialiter constituitur in causa damni infecti: (b) Qua res in hac speciem cadant, quibusve in bonis executio fieri debeat, ex ijs quae supra exposita sunt, facile erit colligere. Omnes enim ibi proposita, huc pertinent (c) nec immerito, de quo enim per pactum constitui potest, cur non etiam per legem? (d)

(a) l. 1. ex quib. caus. in poss. eatur, l. 1. & tot. tit. ff. & C. vt in poss. legatorum, l. 1. si ventris nom. mulier &c. Communiter existimatur hodie generaliter ex causa debiti seruandi missionem in possess. non fieri in Auth. & qui. C. de bon. auth. iud. poss. sed erratur, vti ostendit Cuiac. nouel. 53. par. 2. Atque generale pignus esse ex causa etiam iudicati custodiae potius, quam additionis gratia datum, docemur l. 1. & l. fin. de iur. dam. impetr. l. 2. & 3. C. qui pot. in pig. adde Cuiac. in parat. C. de pig. iud. (b) d. l. 1. l. 7. & tot. tit. de damn. inf. (c) de quo vide copiose per Bart. & Paul. de Castr. in l. 1. §. si de vectig. de dam. inf. per Specul. c. de 1. decreto, §. restat videre, & c. de 2. decreto, §. videndum. (d) quod generaliter verum est vide Euerhard. de Middelburg. in top. legalib. loco à pacto ad legem. Peck. in c. scienti, num. 5. extr. de reg. iur.

XXIII.

Illud autem interdum hic euenit, vt licet species diuersae sint, Conuentionale pignus, legale & Pratorium, tamen in vna eademq; re concurrant. (a) Quod tum accidit quando creditor aduersus debitorem pro negotij qualitate vel Seruiana experitur vel quasi Seruiana seu Hypothecaria, vel interdicto Saluiano, prout ei vtile visum fuerit, (b) ad consequendam pignoris conuentionalis aut legalis possessionem. (c)

(a) Castr. in l. cum debitoris 7. num. 4. C. de iud. Ias. d. l. num. 2. l. non est mirum 26. de pig. act. l. fundus 9. de an. leg. Hart. Hart. pract. obser. lib. 2. tit. de credit. c. 14. (b) Quid & quando expediat alia ex his actione pro alia vti, vide per Ias. Fab. Zas. & Dd. in §. item Seruiana, de act. (c) l. si cum venditor ff. de cuict.

153255

AB: 153255

(X2203998)

K.



De leg. et St. Teutonicis. Cap. 1.



Inches
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



VINI NVMI
IS AVXILIO.

DIBVS CLARISS. ET CONSVL-
IS, D. IOHANNE MICHAËLIS CRO-
, & D. Ioanne Hollandt SS. LL. Licent. Di-
fisco, in celeberrimo inelytæ Agrippinen-
Academiae Iuris Collegio, ad subse-
quentes Theses propositas

IT. FF. ET C. DE PI
ORIBVS ET HYPOTHE-
CIS, RESPONDEBIT.

ERNERVS Bher
SAXOLIVONVS.

humanæ redempt. 1591. 19. Septemb.



COLONIAE AGRIPPINAE Ddd
VDEBAT PETRVS KESCHIDT.



503

